

In lecto sudet & intumescencia  
resoluta. pass. ʒj. sem. anis. ʒj. gal. ʒij. f. sac. pro  
Menf. vini diebus alternis quart. ʒ.

Cum interdum pedes denuò in-  
tumescerent:

℞. R. Enul. fenic. cal. aromat. an.  
ʒij. herb. abs. rom. card. b. hyss. citrar.  
anth. a. p. j. fol. sen. l. l. ʒj. agar. tro.  
ʒij. Rhab. R. Jal. a. ʒij. crem. tart. ʒj.

Pro potu:  
℞. Raf. lig. assafr. ʒj. sem. anis.  
fenic. a. ʒʒ. M. De quo ℥. p. 3. leni-  
ter bull. in Menf. is. aq.  
Feliciter restituta.

## OBSERVAT. VIII.

Vidua Dn. M. Andreae Herren-  
schmid / Profess. Ulm. inflatio-  
ne totius abdominis ingenti cum  
magno pedum intumescencia labo-  
rans, ut hydrops præ foribus stare vi-  
deretur, à *dyoneuola* frigida viscerum

concoctioni destinatorum.

℞. Rhab. El. Mechioc. al. an. ʒij.  
crem. tart. ʒʒ. f. p. cum vino.

Sed nihil magis contulit quam ol.  
stil. carvi gut. v. vi. cum jus. Gall.  
cal. vel vino.

## OBSERVAT. I.

*De icteritiâ nigra sedissimâ, tandem in hydropem  
ascitem, terminatâ.*



Uidam Civis Ulm. hone-  
stæ conditionis, 50. anno-  
rum habitu corporis me-  
lancholico præditus, icte-  
ritiâ nigra in toto obsessus, cum ar-  
dore in ventriculo molesto & oris  
amarore infesto, humore bilioso,  
per *dyoneuola* eò translato, ob pra-  
vam Epatis constitutionem genera-  
to. Ad totum corpus à spurcicie cho-  
lerico-melancholicâ depurandum,  
primò ordinatum vinum laxat.

℞. R. cichor. Enul. Garyo. an. ʒij.  
herb. abs. rom. hyss. card. ben. cent.  
min. adiant. utr. a. p. j. fol. sen. l. l. ʒx.

agar. rec. tro. Rhab. El. a. ʒij. R. Ja-  
lap. ʒij. crem. Tart. ʒij. Jujub. sebest.  
a. ʒʒ. gal. min. ʒj. cum sind. al. f. sac.  
infund. in vini quart. ʒ. aq. cich. card.  
b. an. lb. ʒ.

Sing. matutina quart. ʒ. hausit,  
eo absoluto & cum fructu usurpato,  
cum restaret ardor in ventriculo,  
urinâ valdè croceonigra & crassa  
permanente, cum totius cutis auri-  
ginosa ad nigrorem etiam vergen-  
tis, infectione. Ad malum penitius  
extirpandum.

℞. Gum. Gamandr. gr. 9. conf. ros.  
ʒij. ol. still. mac. gut. i. M. ʒʒ.

In

In diluculo assumptis, vix horæ intervallo post vomere cepit, materia admodum crassa ac crocea rejecta, & alvus copiosè soluta. Cum ardor in ventriculo perseveraret, ad fervorem restinguendum.

℞. Tro. de nitro præp. ʒʒ. syr. è succo pap. errat. viol. simpl. a. ʒʒ. aq. acet. ʒij. fragorum. ʒj. M.

Duo exin secessus causati:

℞. Syr. limon. ʒij. Rib. è succo viol. a. ʒi. M. cochl. r. cum aq. in qua præmad. panis tostus.

Et φλόγῳσι illa remisit. Cum auro tam contumax, ut non cederet, urina etiam ne minimum mutata, quin crassa, turbida, croceo nigra persisteret, calore non naturali, in totius corporis habitu, percepto, & indies magis contabesceret, αἰροσιεῖαι cum lipothymia infestaret sequens vinum medicatum præscriptum.

℞. R. cich. fænic. rusci, aspar. a. ʒj. herb. abs. chamædr. cusc. adiant. utr. a. p. j. R. rhapont. veri. ʒij. Rhab. El. ʒiij. pul. chalybis præp. ʒiij. cinna. mo. ʒiij. Gal. min. ʒj. f. Nod. infund. in vini quart. iij. aq. cich. card. b. an. ʒʒ. de quo exhib. ʒʒ. vel 4. cal. per aliquot matut. continuando.

Ex illius usu non modò in lotio magna mutatio observata, non amplius turbido, nec croceo nigro apparente, appetitus diu prostratus surrexit, & viribus collectis, omnia negocia domestica, more hominis sani, expediebat, solâ cutis cir-

cumferentia, visa restare, flavedine tincta. Id consilii suggesti, cum arduus, solis purgantibus præsertim niger, quantum vis accommodatis, arceri vix queat, quin requirantur de obstruentia, hydrotica & diaphoretica, bilem in habitu corporis hærentem discutientia, cum autem adhuc tempus brumale duraret, ad consimilem curam suscipiendam, minus commodum, negotium esse differendum in proximum ver, solis jubare ad nostrum horizontem redeunte, cum ad illa media usurpanda, opus valido exercitio, & vel chalybeata exhibenda, vel acidularum si non Grisebacensium, ob distantiam, ad minus Ibenhulanarum nobis vicinarum, usum in potu & infestis, proposui.

Sed quid contigit, impulsu aliorum, more hinc protrito, si cura non ilicò procedat ex voto, saltum fecit ad alium Medicum, qui spem locans in validissimis purgantibus, ordinavit vinum medicatum, inter cætera laxativa, commixtis ʒvi. Rad. Ellebori nigri, pro mensura vini. Ex illius usu ingentia tormina concitata, per secessum quidem, haud multâ excretionè succedente, sed per vomitum copioso sanguine cum ramentis ventriculi, rejecto, cum magna virium prostratione exin pedes primò intumescere cæperant, succedente post ingenti totius abdominis tumore, hydrops ascites inventus.

Cum tam fortia solutiva; non tantum vitiosos humores evacuent, sed & nutritios succos ac humidum radicale adorianur, colliquando & vires atterendo Naturam adeo debilitent, ut post morbo debellando, haud sufficiat. Et si illa magna violentia vitiosos humores, *αυτην υγυατα*, rejiciant, tamen ob residuam *κακοπεγυλας* viscerum concoctioni infervientium, subinde nova regeneratur materia, quae recurrentis morbi causa. Refert Christophorus Guarnonius, Rudolphi II. Imperatoris Archiater, in suis consil. de Sfortia Cardinale Romano, icteritia defuncto, cum cadavere relecto, inquisitio interiorum membrorum facta, omnia in primis autem Epar & intestina, croceo colore, totaliter infecta deprehensa, exin nihil miri, icterum illum fuisse lethalem, cum omnia assumpta & alimenta ingesta, inquinata & versa in excrementa. Rationi consonum & illius aegri viscera consimiliter disposita, ut nulla evacuantia proficua, quin indies nova pullularit materia, morbo fomentum subministrans, & operam me-

dicam ludificans: vix credibile, icterum tam rebellem, ex sola obstructione vasorum, bilem ad intestina deferentium, concitatum, quin magis rationabile, ex Epatis & Lienis pravâ constitutione, vitiosos illos humores genitos, in copia & corruptos, post massae sanguineae commixtos, per totius corporis habitum dispersos, concurrente simul imbecillitate cystidis felleae, illos non atrahentis, & obstructione cholidochi, transitum per intestina interceptis. Tales vehementer purgare, quid aliud est, quam maturius ad ortum amandare. Cum prioris medici cura infelici auspicio capta, aegro hydropico facto. *is cum paenitentia & querela meum denuo efflagitavit consilium, id recusare nefas duxi, sed tamen praedixi, instans discrimen, non esse in facultate ullius Medici, si vel quinta Essentia totius orbis praesens, morbum tollere, sed tantum protollere, prorogare, gravioribus symptomatis obviando non curare, totaliter eliminando, & ita bonus ille Vir, bimestri spacio, Naturae debitum exolvere est coactus.*

## OBSERVAT. II.

*De Ictericâ flava rebelli curata.*

Quidam Medicus Reip. Ulm. ordinarius derepente totus auriginosus evasit, ut tam saedum icteri-

cum vix videre contigerit, cum aliquandiu cum isto malo conflictatus, aliis in cassum adhibitis, etiam meo placuit

placuit ur̄i consilio. Ponderatis circumstantiis, cum animadverterim utrosque ductus cholidochos, vesiculæ felleæ bilem & attrahentis ac recipientis, & eam aliò transmittentis, obstructos à crassis humoribus, viis interceptis, quò minus liber transitus pateret per intestina, exin cholera regurgitans, in venis recepta & massæ sanguineæ commixta, eam inquinando, dum facultas expultrix malâ illius qualitate extimulata, ad corporis superficiem amandavit.

Ad infarctus illos expediendos, & biliosos humores tam per alvum, quàm vias urinales & mundifican-


dos, sequens decoctum prospero successu, ordinatum.

℞. Summir. abs. rom. m. iß. card. ben. chamædr. cusc. fragar. cum rad. a. m. j. R. cichor. m. iß. R. rhapont. veri ʒij. decoq. in vini mens. ß. aq. verbenæ cichor. an. ß. i. ad ʒ. part. consumpt. In colat. infund. Rhab. crasso modo contusi ʒiib. manè & vesperi ʒij. cal. exh.

Intra dies paucos, arquatus ille abominabilis, est profligatus. Sæpius benigniora remedia aliquoties reiterata, magis sunt proficua, dum Naturam habent adminiculantem, quàm multò fortiora, illam perturbantia & vires atterentia.

## De Colica.

### OBSERVAT. I.

 Um Illust. ac Generosus Dn. Andreas, L. B. de **Sturvenberg** / in arce **Strawenberg** / superioris Styriæ suam habens residentiam, colicâ sat gravi correptus, à pituitosis & biliosis humoribus pronatâ, cum alia medicamentâ, tum temporis non essent ad manum.

℞. El. diacath. ʒiib. El. diaph. bened. lax. a. ʒij. Elefcopi ʒiß. diss. cum aq. beton. f. p.

Cum per aliquot horas post, non

operaretur, clystma injectum.

℞. Herb. mercur. malv. pariet. beton. a. m. j. fl. chamo. metil. aneth. a. m. ß. sem. anil. fænic. carvi. a. ʒj. dec. ad med. col. ʒx. dif. El. diacath. ʒvi. diaph. Bened. lax. Elefc. a. ʒij. ol. chamo. aneth. a. ʒiib. vir. i. o. sal. ʒß. M.

Copiosa vitiosorum humorum saburrâ excreta, à tam diro cruciatu liber ac immunis evasit, hanc mihi laudem tribuens, cum antehac sæpius colicâ infestatus, à nullo Medico, tam brevî se restitutum.